



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

69

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Dec. conf. 138. & Rom. conf. 127, nu. 9. quapropter eorum beneficia, quorum bona alienantur, uti vacantia, ab Ordinariis locorum, dummodo specialiter, vel generaliter non sint Sedi Apostolicae reservata, poterunt jure conferri, ut in ead. extravag. Rebuff. d. nu. 111. & Red. d. vers. septima.

Quintò, tam alienantes, quàm recipientes alienationis titulo bona ecclesiastica contra formam dictae extravag. poenam excommunicationis incurrunt, ut in eadem extravag. & aliis locis supra citatis, & alias poenas incurrunt, de quibus per dictam extravagantem, Ambitiose, Rebuff. d. compen. à num. 102, usque ad num. 115. & Rodo. d. cap. 2, à num. 29, usque ad nu. 33. Ignat. Lop. in annot. ad pract. crimin. Diaz. post cap. 73, per tot. & Navar. eod. tit. de alienan. rer. eccles. à num. 13, usque ad nu. 21.

Sapè quaritur, an auctoritate & ordinariè possint rectores Ecclesiarum inter se bona ecclesiastica permutare sine Sedis Apostolicae benedictione, & consensu, & partem negativam probare videtur text. in cap. casellas, 10, quest. 2, cap. sine exceptione, 12, quest. 2, extravag. Ambitiose, de reb. eccles. non alien. & l. sancimus, C. de sacrosan. Eccles. quae procedunt tanquam in permutationibus faciendis cum secularibus, ne bona Ecclesiae profanis usibus applicentur, & ita probat expressè text. in d. extravag. Ambitiose, ibi, profanis usibus applicare, aut cum maximo illorum, ac divini cultus detrimento exquisitis mediis usurpare praesumunt, in procem.

Quod causam finalem dispositionis indicat, l. fin. & ibi Bart. num. 3, ff. de her. instit. & Jal. in l. si pacto, quo poenam,

num. 14, C. de pac. & cum in permutationibus, quae inter rectorem Ecclesiarum de bonis Ecclesiae fiunt, non transferatur dominium ad profanos usus, cessat causa prohibitionis, & cessante causa prohibitionis, cessat & prohibitio, cap. cum cessante, de appellat. & Tiraquell. in tract. cessan. causa par. 1. limit. 23. num. 1.

Inter rectores Ecclesiarum & de bonis ecclesiasticis est permutatio permessa, per text. in cap. hoc jus porrectum, § sibi invicem, 10, q. 2, cap. 1, de reb. Eccles. non alien. cap. ad quaestiones, de rer. permut. auth. ut de cert. commut. Eccles. § illud quoque, ubi etiam gloss. in ver. ad invicem, & ibi Bart. in princ. col. 5. & auth. item sibi invicem, juncta gloss. C. de sacros. quib. non obstant. c. casellas, & c. sine exceptione supra allegata, quia dicta jura prospiciunt tantum, ne per contractus bona ad usum pauperum destinata alienari contingat, ut d. c. casellas, sed permutationes bonorum unius Ecclesiae cum bonis alterius non sunt prohibita, ex supra allegatis, quia nihil refert, an sint bona unius, vel alterius Ecclesiae, & quicquid enim habet quavis Ecclesia, pauperum est, c. fin. & ibi gloss. 1. 16, q. 1, c. quod autem, 23, q. 7. gloss. in eod. cap. casellas, & Bart. in auth. de non alien. aut permut. § si verò, num. 1, col. 2.

Permutationes & cum secularibus, à permutationibus, quae inter Rectores Ecclesiarum de bonis ecclesiasticis fiunt, differunt, quia cum secularibus, nisi cum evidenti utilitate, vel necessitate ecclesiae fieri non possunt, per text. in cap. 1. § praesertim, de reb. Eccles. non alien. in 6. & extravag. Ambitiose, eod. tit. sed in permutationibus bonorum ecclesiasticorum inter rectores non procedunt dicta jura, sed